

gratie sanctificantis ut notat Hiquerus in Coment. in fine questio- nis 1. d. 3. idem quoque argumentum neganda est minor. cum enim in Euchar. sub speciebus panis, & vini, corpus, & sanguis Christi realiter continentur, qui sunt species consecratae, sicut Christus, tanquam cibum animae spirituales, unde dicitur cibus ratione sacramenti, & sacramenti simul, quod ad hunc magis declarabitur infra n. 30.

26 Ad Confirmationem negatur, idem esse in Eucharistia sacramenti, & sacrificium simpliciter, & absolute loquendo, & colligitur ex Trid. sess. 22. c. 1. sacramentum enim est rei factum signum, quod non nisi de speciebus verificari potest, ac factum signum, pro ipsa actione sacrificandae, est oblatio alicujus hostiae, citra quam factus aliquam exercere caeremoniam sacram, si verò accipiatur pro re oblata, quae dicitur facta hostia, sacrificium in Eucharistia non supponit pro speciebus sacramentalibus, sed tantum pro corpore, & sanguine Christi, prout sub eis continentur, ut deducitur ex Trid. loc. cit. ubi ait, quod Christus in ultima cena corpus & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini obtulit Deo Patri; ita etiam notavit Aretinus disp. 8. q. 1. art. 5.

Ad ultimum idem respondet ibidem, non desuisse Theologos graves, qui dixerunt, hoc sacramentum esse omnino alterius rationis à ceteris sacramentis, eo quod cetera sacramenta formaliter, & principaliter significant gratiam sanctificantem animam; hoc autem sacramentum de formalis, & principali significato non importat gratiam formaliter sanctificantem, sed corpus, & sanguinem Christi; Ceterum multo doctius, inquit, dicitur esse commune huic sacramento, cum ceteris de formalis, & principali significato importare gratiam sanctificantem, ita eadem ratione generica cum ceteris sacramentis sit signum rei sacre sanctificantis animam. Verum hoc non est de mente Doctores, qui q. 1. cit. sub lit. D. expressè inquit, quod licet gratia inhaerens causetur etiam à sacramento Eucharistiae, ut modo dictum est, haec tamen non est primum eius significatum, sed tale significatum est gratia subsistens, id est, corpus Christi sub speciebus, unde hanc praecipuam differentiam disponit hujus sacramentis à ceteris, quod alia sacramenta primo, & principaliter significant gratiam accidentalem inhaerentem suscipienti; illud autem significat gratiam subsistentem, scilicet verum corpus Christi ibi existens; quam doctrinam postea confirmavit Trid. sess. 13. c. 8. cum dixit: *Commune hoc quidem est sanctissimae Eucharistiae cum ceteris sacramentis, symbolum esse rei sacrae, & invisibilis gratiae formam visibilem*; verum illud in ea excellens, & singulare reperitur, quod reliqua sacramenta nec primum sanctificant vim habent; cum qui illis utitur; at in Eucharistia ipse sanctificans auctor ante usum est, ita Concilium ibidem; Gavarius verò disp. 1. q. 7. in fine, ad hoc idem argumentum dicit, majorem universalius loquendo de sacramentis esse falsam, quod scilicet sacramentum debet semper esse signum gratiae sanctificantis, sufficit enim, quod sit signum vel gratiae sanctificantis, vel subsistentis, sacramentum autem Eucharistiae est signum gratiae subsistentis. At neque hoc bene dicitur, quia quodlibet sacramentum universaliter loquendo debet esse signum gratiae sanctificantis aliquo modo, & hoc quidem commune est etiam sacramentis Eucharistiae cum ceteris; ut modo dictum est ex Tridentino; Quare potius dicendum est, utique sacramentum debere esse signum gratiae sanctificantis, non tamen semper opus est, quod haec gratia sit eius significatum primum, & principale, sed sufficit, quod sit secundarium; & ita est in proposito de sacramento Eucharistiae, quod licet primum eius significatum sit gratia subsistens, in quo à ceteris distinguitur sacramentis, secundarium tamen est quoque gratia sanctificans, quod est sibi commune cum aliis.

27 Tertio obijciunt probando, sacramentum Eucharistiae essentialiter in utroque consistere, nempe in aggregato ex speciebus, & corpore Christi; nam sacramentum Eucharistiae adoratur à Fidelibus adoratione laetitia; non potest autem haec adoratio debite speciebus sacramentalibus adhiberi, si non fuerit sumptis; ergo vel exhibetur corpori, & sanguini Christi seorsim, vel speciebus cum corpore, & sanguine simul; atque adeo vel Eucharistia supponit tantum pro corpore, & sanguine Christi, quatenus continentur sub speciebus, vel saltem pro aggregato ex utroque. Confirmatur, quia hoc sacramentum est cibum sacramentalis animae; sed neque species seorsim, nec corpus, & sanguis Christi seorsim sunt cibum sacramentalis animae, sed utrumque simul; nam virtus reflectiva, quae inest Eucharistiae, non competit illi ratione specierum, sed ratione corporis, & sanguinis Christi; quod autem haec reflectio fiat sacramentaliter, non provenit ex corpore, & sanguine, sed ex speciebus sensibilibus; ergo quod Eucharistia sit cibum animae sacramentalis, ex utroque simul habetur. Tandem plures Patres dicunt, Eucharistiam esse ex duobus compositam, nempe speciebus, & corpore Christi, ut habetur in c. Hoc est de consecr. d. 2. ubi dicitur, *sacrificium Ecclesiae duobus consistit, duobus consistit, visibilis et invisibilis, visibilis est panis, & vinum, invisibilis est corpus, & sanguis Christi*.

28 Respondet Gavarius, utique adorationem laetiae non debere speciebus secundum se, & ratione sui, sed quatenus Christum realiter, & substantialiter continent, adeo quod non sacramentum, sed

Christus in sacramento adorari debet. Sed falsò omnino dicitur hoc sacramentum adorari non debere cultu laetiae, hoc enim expressè docet Tridentinum, ibidem à Gavatio adductum sess. 13. c. 5. dicit inquit, nullus itaque dubitandi locus relinquatur, quin omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper ceptorum laetiae cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibent, ergo sacramentum quoque, & non tantum Christus in ipso existenti, debeatur laetiae cultus; Imò non solum corpori Christi in hoc sacramento existentem, sed etiam ipsiusmeti speciebus adoratio laetiae, hinc notat Caspensis, & ex loco citato Tridentini deduci, ubi notanda inquit, esse illa verba, *huic Sacramento sanctissimo*, quae de speciebus ipsis consecratis sunt intelligenda; unde non solum Christus in hoc sacramento existens adoratur laetia, sed etiam species ipsum continentes; sicut adoratur Crux, & Imago Christi, & potior iure, quia Imago representat nobis Christum solum obiectivè praesentem, species verò consecratae representant corpus Christi, etiam realiter praesens; ac proinde cum simul unitè sint Christo, simul obijciuntur adorandae eodem profus actu, quo Christus adoratur, quod etiam docet Hiquerus, cit. in fine, quia ad adorationem laetiae iustitiae representat, & tunc dicitur, ut patet in Cruce, & imaginibus; at in venerabili sacramento includitur realiter Christus, & demonstratur praesens; Hic tamen recolendum est ex dictis lib. 3. sent. de adoratione Imaginum, quod sicut, cum adoratur Imago, totum illud, quod est in Imagine, pertinet ad obiectum materiale ad rationem, ita quod ipsa Imago formaliter sumpta est illa, quae adoratur, ratio tamen formalis sub qua adoratur, est ipsa res per imaginem representata; ita in praesenti cum adoratur species sacramentales, totum illud, quod pertinet ad obiectum materiale ad rationem, est res, sed tunc ad obiectum materialis ipsius adorationis, Christus autem realiter contentus sub speciebus est formalis ratio obiecti adorationis, ut hic quoque Aretinus advertit.

29 At replicat Coninch, q. 73. art. 1. dub. 2. non sufficere, quod species sub se Christum continent, adorati debent adoratione laetiae, nam enim sub illa habitu dine consideratur, prout dicitur in Christo, non debent adorari laetia; sed inde tantum sequitur, quod Christus sub illi existens possit adorari laetia; sicut ex quo, quod Christus sit in Ciborio, totum illud, quod est in Ciborio, potest adorari laetia, sed Christum in eo existentem ita adorari debet; & Resp. Gavarius, instantiam hanc de Ciborio ad rem non esse, uti re vera non est, quia inter Ciborium, & sacramentum non datur illa sacramentalis, & inseparabilis vis, ex pacto divino, qualis reperitur inter species consecratas, & corpus Christi; sub illis substantiè inter contentum, sicut quavis hinc responso sit optima, minime tamen Gavatio necessaria erat, qui immediate ante ad miserat, non sacramentum, sed Christum in sacramento adorari debet; hoc autem est, quod ibi contendit Coninch, ipsas species etiam cum illa habitu dine consideratas, prout dicitur in Christo, non debere ad adorari laetia, quia nec Imagines, nec Crux Christi, nec res ulla à Deo distincta sic adorari potest, sed solum Deus, ex quo postea deducit, ipsum sacramentum, quod tali modo est adorandum, non constituit in esse sacramenti pro solas species, & illam habitudinem; Sed haec doctrina de Imaginibus adoratione à nobis non admittitur lib. 3. sent. disp. 2. q. 10. ubi ostendimus, Imagines esse proprie adorationis capaces, licet utique verum sit, nunquam Imaginem licet, & religiose adorari posse, quin simul aliqua adoratione adoretur exemplaris, ut ibi dicitur in c. 241. quapropter dicebamus, ibidem, adorationem Imaginis esse respectivam, exemplaris vero absolute sub nu. 256. licet ergo verum sit, species seorsim adorari non posse, nisi simul cum ipsis Christus directè adoretur, saltem tamen est, etiam cum illa habitu dine consideratas, prout dicitur in Christo, adorari non posse adoratione laetiae, nec Imaginem, nec Crucem Christi sic adorari posse, sed solum Deum; cuius ergo laetiae debetur speciebus, quae per eam habitudinem Christum includunt, & per eam comitantiam Deitatem, & ob eius praesentiam hanc eadem rationem motum cultus assignat Concil. Trid. loc. cit.

30 Ad Confir. jam dictum est supra n. 25. huic sacramento competere esse cibum animae sacramentale, quod ad usum, & summationem eius, non autem quoad esse permanentem, quod est sicut essentialiter, prout à ceteris discernitur sacramentis, sic enim solum habet rationem signi, & abstractè à ratione cibi sacramentalis. Ut autem rectè intelligatur, quod sensu hoc sacramentum in usu rationem habeat cibi sacramentalis, notandum est, in Eucharistia unum reperiri cibum sensibilem, & sunt accidentia panis, & vini, quae sensibilibus manducantur, & bibuntur; & alios duos insensibiles, quorum unus est corpus, & sanguis Christi, quae sub illis sensibilibus, sumuntur, alter vero est gratia, quae anima cibatur, & nutritur spiritualiter, & producit in summatione sacramenti, species ergo sacramentales sunt cibum sensibiles, & continent utrumque alium cibum insensibilem, & indivisibilem, corpus quidem Christi actualiter, & realiter, gratiam vero virtualiter, & casualiter, ut bene hic Beancatus advertit; Quando ergo dicitur, quod cibum sacramentalis animae, quale est hoc sacramentum, non sunt solae species, verum est de cibo insensibili, non verò de sensibili, & cum

hinc

hinc deducitur, solas species hoc sacramentum non continere, sed simul cum corpore Christi; negatur consequentia, quia de ratione sacramenti Eucharistiae est, ut sit cibum sensibilibus continens alios duos insensibiles, unum actualiter, & realiter, scilicet, corpus Christi, alium virtualiter, & casualiter, scilicet, gratiam, neque ex hoc bene deducitur, etiam corpus Christi esse partem essentiae sacramenti, quia est cibum spiritualis animae, nam hoc etiam sequitur de gratia, quae est aliter cibum spiritualis animae, sed solum deduci potest, utrumque cibum in speciebus contineri, unum ad alterum virtutes, & species utriusque; cibi esse significativas, ita ut unum sit significatum primum, scilicet, corpus Christi, alterum verò secundarium, scilicet, gratia.

Ad ultimum, quando Patres dicunt, sacramentum Eucharistiae duobus consistere, scilicet, ex visibili elementorum specie, & ex invisibili corpore, & sanguine Christi, hoc modo loquendi nil aliud docere praesentunt, quam quod cum speciebus esse etiam simul corpus, & sanguis Christi nihil curantes, quam faciat compositione, & an utrumque sit de essentia huius sacramenti, quia de hoc puncto non disputabatur cum Heceticis, sed tantum de intima Christi praesentia sub speciebus, quae illi negabatur. Locus vero illius capituli *Hoc est*, non est ad rem, quia ibi loquitur de sacrificio missae, & loquitur de compositione sacrificii, in quo offertur Christus sub speciebus, & non de compositione sacramenti; imò potius est ad oppositum, quia extremis verbis illius Capituli habetur, sacramentum Eucharistiae esse species, corpus vero Christi esse rem sacramenti, ut supra relatum est.

31 Quarta arguit ad idem; hoc Sacramentum est formaliter sensibile per species, & corpus Christi est formaliter causativum gratiae nutrimentalis, sed haec duo sunt de essentia huius sacramenti, ergo essentialiter constituitur ex utroque.

Confr. non potest negari, quin Sacram. sit unum quid ex speciebus, & corpore Christi, habens ineffabilem unitatem, ergo illud unum aliquo uno vocabulo in Ecclesia significatur, & illud vocabulum non est aliud, quam Sacram. Eucharistiae. Tandem illud est Sacram. Eucharistiae, quod per se primo fit consecratione sacramentali, per consecrationem neque sunt, vel sunt species seorsim sumptae, nec corpus, & sanguis Christi seorsim, sed quoddam compositum ineffabile ex utroque, ergo utrumque; est de eius essentia.

Resp. negando maiorem quoad secundam partem, quia corpus Christi in Eucharistia eodem modo se habet ad causationem gratiae, sicut in aliis sacramentis, & sole species sensibiles, cum sumuntur, causant gratiam moraliter per modum sacramenti, sicut signa sensibilia aliorum Sacram. Christus autem se habet in causatione gratiae in hoc sacramento, sicut in aliis, in merito, ut ad hominem efficienter, & physice, ut Deus.

Ad Confir. negatur, inter species, & corpus Christi praeter realem, sacramentalem relationem intimam praesentialitatis dari aliam physicam, intrinsecam, & formalem unionem, ut patet ex dictis, supra n. 6. & adhuc constat magis ex dicendis inferius suo loco; unde solum per modum continentis, & contenti dici possunt unum non verò per modum partium constitutum.

Ad ultimum dico, quod licet per consecrationem non fiat species novè, & absolute sumpta, quia sic jam praerant absolute loquendo; sunt tamen ut consecratae, & continentes corpus, & sanguinem Christi, ut fundant relationem signi ad corpus, & sanguinem Christi, tanquam signatum sub illis contentum, & in hoc sensu dicitur fieri sacramentum Eucharistiae per consecrationem.

32 At replicat Coninch, loc. cit. contra hanc solutionem, quia cum illa habitu dine secundum Scotum sit quaedam relatio, non potest proprie dici confici, cum ad relationem non deure actio, sed ipsa resultat, postea praesentia Christi per consecrationem; quod maxime verum est secundum mentem Concil. Floren. & Patrum quid dicitur, hoc sacramentum confici consecratione, loquuntur de reali consecratione, qualis non datur ad intentionem morale qualis est illa habitu dine. Deinde, quia tunc saltem panis nullo modo possit dici materia, ex qua hoc sacramentum conficitur, quia nec species, nec illa habitu dine possunt ullo modo dici esse pane confici; & tamen panis non alia ratione dici potest materia huius sacramenti, nisi quia est materia, ex qua conficitur.

Resp. ad hanc instantiam Gavarius loc. cit. sed aliquid unum obcurt, quare clarius dicendum est, in huius sacramenti productione duas relationes intervenire, prima est continentiae, ac intimae praesentiae corporis Christi sub speciebus per actum consecratione, & haec omnino realis est, ac physica, quia corpus Christi est verè, & realiter praesens sub speciebus, & haec esse potest terminus actionis & motus juxta Scoti doctrinam, quia est relatio extrinseca adveniens; alia est relatio rationis, ac veluti ens morale, quae post praesentiam Christi sub speciebus infurgit in illis ex institutione divina, & est habitu dine illi signi sensibilibus ad corpus Christi sub eisdem cetero, in qua habitu dine ratio formalis Sacram. Eucharistiae constituitur in unum Deus species panis, & vini, ut post consecrationem illis assistat ad efficiendum, & conservandam praesentiam corporis Christi; quare supposita tali institutione, & facta consecratione, tales species sunt signa sensibilia, & efficaciter significativa, corpus Christi.

Meld. in Quart. Sentent.

sti sub eis realiter contineri, & haec utriusque non est terminus alicujus physicae actionis, cum sit ens rationis, vel morale, sed in speciebus infurgit ex divina institutione, statim ac per transubstantiationem corpus Christi fit praesens speciebus, & ille respectus rationis fundatur in speciebus, ut jam relater, & physice sub se continentibus Christi corpus; unde immediatus consecrationis terminus est relatio realis activa contenti, nam fundant species ad corpus Christi ipsis intimè praesentem, mediatus vero infurgens in eisdem ex institutione divina est illa habitu dine signi sensibilibus ad signatum, & species sub his respectibus, uno reali, & altero rationis, esse integrum sacramentum.

Ad Confirmationem respondetur, panem eatenus dici materiam Eucharistiae, in quantum est materia consecrationis, per quam transubstantiatur corpus Christi, & ex pane dicitur fieri corpus Christi, non tanquam ex subiecto, sed tanquam ex opposito corrupto, sed tanquam ex termino à quoque inferius suo loco dixerimus.

33 Quinto tandem contra ultimam conclusionem positam sub n. 21. aliqua loca Patrum adduci solent, in quibus praedicatur de hoc sacramento, ac etiam sub n. 13. Imò ex illis nonnulla sunt rectè interpretanda, ne in errore nos ducant, ut advertit Gard. de Lugo disp. 7. sec. 6. n. 128. nonnulli enim Patres dicunt: quod panis sit corpus Christi, vini sit sanguis Christi, panis est corpus Christi, quae propositiones non habent sensum proprium, sed improprium, adeoque sunt explicandae hoc modo: panis sit corpus Christi, id est, de pane fit corpus Christi, vel panis convertitur in corpus Christi, aut corpus Christi succedit panis sub eisdem accidentibus, & rursus quando dicitur, quod panis est corpus Christi, sensus esse debet, quod continetur sub specie panis, est corpus Christi, si enim intelligeretur, ut profertur, ex vi sermonis indicaret, substantiam panis in Euchar. manere simul cum substantia corporis Christi, quae manifestus est error.

QUESTIO SECUNDA.

An hoc sacramentum sit unum, vel plura.

44 Hæc quaestio, quæ magis est de nomine, & de modo loquendi, quam de re, agitur tam de virtute, vel pluralitate specifica, quam numerica; cum enim consistet, hoc sacramentum confici sub duplici specie, scilicet, panis, & vini, quaeritur, an sit unum, vel potius plura species sacramenta, sub specie panis, & sub specie vini; & cum etiam costet, toties confici in distinctis formulis panis & portionibus vini, quaeritur, an sit unum, vel plura numero sacramenta in pluribus hostiis consecratis, & pluribus vini portionibus. Quoad primam questionem partem nonnulli Antiquiores apud Suarez disp. 39. sec. nempe Aureolus, Major, & Gabriel simpliciter affirmarunt, esse plura Eucharistiae sacramenta; unum verò secundum quid; si plura species infusa, non verò species substantialis, seu genere proximo; quibus ex nostris adhuc Gavarius disp. 1. q. 1. ubi concl. 4. asserit, sacramentum Eucharistiae non esse unum unitate specifica specie aethera, sed substantialis, licet adhaec, vel, proprie, & simpliciter unum esse sacramentum, quae duo an sint consequenter dicta, examinabimus infra. Communis tamen sententia tum Veterum, tum Recentiorum affirmat, Eucharistiam absolute, & simpliciter esse unum sacramentum unitate specifica in specie aethera integra, & perfecta, quae fuit expressa Scoti sententia 4. dist. 8. q. 1. & omnium Scoticorum, Gavatio excepto. Quoad alteram questionem partem idem Suarez loc. cit. tres refert dicendi modos; Primus est, tot esse sacramenta numero distincta, quot sunt species, seu hostie consecratae, & discontinuae. Secundus asserit, unitatem huius sacramenti numerici non pendere ex physica continuatione, sed ex morali conjunctione specierum, ita ut omnia illa, quae per modum unionis proponuntur, vel tribuntur, unum sacramentum censentur, etiam si non sint cõtinua physice. Tertius tandem dicendi modus est, totum hoc sacramentum esse unum numero, & omnes species consecratae ubicunque, & quomodocumque sint, esse unum numerò sacramentum; quem ultimum dicendi modum Suarez laudat, ut magis probabilis, & theologium, & dignitatis huius sacramenti magis contentaneum, ac proinde sequuntur Recentiores non pauci; Cardinalis de Lugo, Lambertus, Orlandus, Baldius, & alii.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio quaestiois de Unitate Specifica.

35 Primum dicendum est, sacramentum Eucharistiae proprie, & simpliciter loquendo esse unum sacramentum. Hoc asseritur esse commune, & ait Gavarius, videlicet de fide, habemus enim ex determinatione Ecclesiae, septè dumtaxat esse sacramenta novae legis; at si hoc sacramentum non esset unum sacramentum, sed duo simpliciter, unum verò secundum quid, non septem, sed octo essent novae legis sacramenta. Accedit, hoc sacramentum, & à Concil. Trid. & à Catechismo Romano enumerari, ut unum, sic enim loqui-

K 3



loquitur agens sacramentum Eucharistia non plura, sed unum sacramentum. Eucharistia autem dicitur, confirmatur, ac etiam denique; Patres de Eucharistia semper loquuntur, tanquam de uno sacramentum, ita dicitur Gavarius cit. quae est communis probatio Recentiorum probat conclusionem.

At miror, quomodo Gavarius his argumentis utatur, quae postea dissolvuntur in eadē questione c. 2. dum eisdem Recentioribus probare contendunt, Euchar. sacramentū esse unum unitate specifica aethoma, & non tantum subalterna, ut ipse statuerat c. 1. Insuper, inquam, dicens Patres & Concilia, dum hoc sacramentū dicitur, esse unum intelligendū esse de unitate specifica specie subalterna, non verò aethoma, quia etiam sacramentū Ordinis numeratur, ut unum sacramentum, & tamen non habet unitatē specificā specie aethoma, sed subalterna, quae postea sub se continet septem ordines specie diversos; Neque hoc sequitur, inquit, Eucharistia sacramenta esse plura septē; illa enim divisio sacramenti in septem sacramenta nō est divisio in species aethomas, neque in species subalternas, sed in quae sunt propinquius contenta sub Sacramento, inter quae aliqua habent unitatem specificā specie subalterna, ut Ordo, Extrema Unctio & in proposito nostro Eucharistia; quaedam unitatem specificā specie aethoma, ut sacramentū Baptismi, Confirmationis, Penitentiae, & alia; non enim eadem est ratio de omnibus sacramentis.

36 Sed plane si allatae rationes, & testimonia bene probant, Eucharistia sacramentum propriè & simpliciter loquendo esse unum, probant aequè bene, hoc sacramentum esse unum unitate specifica aethoma, & non tantum subalterna; & si allatae solutiones sufficienter argumenta illa dissolvunt, quando eisdem Recentioribus probare contendunt, sacramentū Eucharistia esse unum specie aethoma, & non tantum subalterna, sufficienter etiam illa dissolvunt, ut afferunt ad hanc conclusionem probandam, quod, scilicet sacramentū hoc sit unum simpliciter, & non tantum secundum quid. Ratio est, quia per unitatem specificam simpliciter alia non intelligitur, quam unitas specifica aethoma, & per unitatem specificam secundum quid non intelligitur, nisi unitas specifica sub alterna; quamvis enim homo, equus, & leo conveniant in ratione animalis, tanquam generis proximi, vel speciei subalternae, adhuc tamen dicitur debent plura simpliciter animalia, & unum tantum secundum quid, quia unitas generica etiam si generis proximi est unitas tantum secundum quid; si ergo species panis & vini in Eucharistia essent duo sacramenta ita specie diversa, ut nullam haberent unitatem integritatis, ratione cuius vocari possunt unum sacramentū specie aethoma sed tantum subalterna, ut vult Gavarius; possent simpliciter, & absolute vocari duo sacramenta, & ita vocari deberent, non verò unum simpliciter; convenientiam enim in ratione generica etiam generis proximi non obstat, quo minus species sit in ea convenientes possint, ac debeant dici plura simpliciter; & idē Gavarius non videtur consequenter locutionem in prima conclusione afferit, sacramentum Eucharistiae propriè & simpliciter loquendo esse unum sacramentum, & postea in quarta conclusione dicit hoc sacramentum non esse unum unitate specifica specie aethoma, sed subalterna tantum, quidem auctoritas prima sententia intantum dicitur, hoc sacramentum esse plura simpliciter, & unum tantum secundum quid, inquantum aliunde, esse plura sacramenta specie infima, & unum tantum specie subalterna, seu genere proximo.

37 Secundo dicendum est, hoc sacramentum simpliciter, absolute debere dici unum, non unitate simplicitatis, & indivisibilitatis, sed unitate integritatis, & perfectionis. Haec conclusio est Scoti loc. cit. sub lit. D. & omnium Scotistarum, ac etiam Recentiorum, quam ibi probat, & declarat Doctor dicens, corpus Christi posse dupliciter considerari; primo scilicet, ut includit solum partes animatas, cuiusmodi nō est sanguis, & alii humores, licet sint potentia proxima ut alimentum, & in carne animata convertantur, & hoc modo corpus est essentialiter aliud a sanguine; deoquē dari potest propriū signū distinctivū. Alio modo corpus potest accipi latè, prout includit omnia illa quae pertinent ad totū corpus organicū, scilicet partes animatas, & inanimatas ut humores, & spiritus, & hoc modo sanguis est aliquid corporis sic sumpti, & corpus sic sumptum est unum unitate integritatis, & dari potest aliquid signū tali unitate unū, quod tale corpus integrū significet, atque ita signum propriū corporis primo modo sumpti, quales sunt species panis, & signū proprium sanguinis, quales sunt species vini possunt esse unum signum corporis secundum modum sumpti, unum inquam, unitate integritatis, non autem indivisibilitatis, cum enim signatum sit unum unitate integritatis, non indivisibilitatis, eadem pariter unitas est ad se tribenda signū, ut sacramentum, nēpe ipsi species panis, & vini, & per consequens dicitur esse non plura, sed unum esse sacramentū Eucharistiae in hoc sensu. Congruū autem fuit, inquit Doctor, hoc sacramentum habere talem unitatem integritatis, & nō indivisibilitatis, quia est ad completam animae nutritionem institutum, quae significatur per completam corporis nutritionem; completa autē corporis nutritio fit ex aliquo unitate integritatis, nō unitate indivisibilitatis, scilicet, ex alimento, nō enim nutrit sufficere cibis sine

potu, nec e contra, ex quibus patet, hoc sacramentum non esse unitate indivisibilitatis, si quidem dicitur habere partes, ex quibus integratur, scilicet, speciem panis, & vini; autem, quod est simplex, aut indivisibile, non habet partes, ut constat in angulo, & puncto; sed tantum esse unum unitate integritatis, qui in se includit duo signa particularia, quae primò significant duo propria signata, & proxima, scilicet, corpus, & sanguinem Christi, & duo remota, scilicet, cibationem, & potum spirituale.

38 Itaq; sicut in rebus physicis plures substantiae diverae speciei possunt concurrere ad unā substantiam unius speciei, ita aethoma integrandam, ut patet de carne ossibus, & nervis ad constitutionē corporis humani unius speciei aethoma concurrunt; ita pariter in presenti specie panis, & vini concurrunt; ita pariter in presenti integrale sacramentum per modum partium distinctae speciei, quia re vera forma, & materia corporis est tam distinctae speciei, & materia sanguinis, quam a materia, & forma cuiuscumque; alterius Sacramenti; & praeterea in ratione signi formaliter sunt instituta ad significandā signata omnino diversa, loquendo de significatis tam proximi, vel primatis, quam remotis, vel secundariis; etenim quando consecratur panis ex vi verborum continetur & ponitur ibi tantum corpus Christi primo modo sumptum, & ex concomitantia solum ponitur ibi sanguis, quia verum Christi corpus sine sanguine non reperitur; similiter dum consecratur vinum ex vi verborum ubi sanguis Christi, & corpus per eō concomitantiam, ut notat Doct. 4. d. 10. q. 4. ad 2. Et praeterea sunt instituta ad significandam, & communicandam gratiam secundum diversissimā considerationem, species enim panis significant gratiam, ut remotionem, & secundariam signatum, quatenus habet proportionem aliquam cum cibo, & species vini significant gratiam, quatenus habent proportionē cum potu, quae omnia arguunt specificationem eorum distinctiōnem etiam in ratione signi ob speciem diversitatem significati uniuscuiusque; tam primatis, quam secundariis. Et quidē quando dicimus utramque, speciem habere se tanquam partē integralem huius Sacram. non in eo sensu intelligendū est, ut illud integrent tantum secundū aliquam perfectionem debitā, non tamen essentialē, sicut pes, & manus hominem integrate dicuntur; sed in eo sensu, ut sint partes integritatis illud essentialiter, ita quod qualibet earum deficiente, desinat esse hoc Sacram. quod iam integritatē essentialē. Unde species panis, & vini sunt partes essentialēs materiae huius Sacramenti, ita ut utraque, specie integritatē materiae essentialis eius, & ex partialibus formis, quibus consecratur panis, & vinum, integretur una integra forma essentialis. Ex quo sequitur quod quando Doctor in hac quaest. docet, quod caro, & sanguis Christi pertinet ad integritatem huius Sacramenti, non loquitur de quacumque integritate, sed de integritate essentiali, ut etiam notavit Aretinus d. 3. q. 1. art. 2.

Dices ergo in neutra harum specierū salvabitur essentia huius Sacramenti, quod est saluum si enim sub utraque, specie seorsim totus, & integer sumitur, Christus, verumque, Sacram. ergo sub utraque specie sumitur simpliciter. Sacra. atq; ita in utraque, simpliciter salvatur essentia Sacramenti id; expressè docuit Trident. sess. 2. c. 1. ubi dicitur: sub altera, tantum specie totum, atq; integrum Christum & verum sacramentum sumi. Haec ratione Gavarius citat, caute legendum esse Aretinum cit. concl. 2. ubi docet, in neutra harum specierum nēpe panis, & vini salvari simpliciter essentiam Sacramenti Eucharistiae, sed re vera quavis ita loquitur Aretinus concl. 2. attamen statim conc. 3. declarat, & asserit, quamlibet speciem Sacramenti seorsim consideratam esse simpliciter Sacra. quia qualibet eorū seorsim considerata est signum rei sacrae simpliciter nos sanctificantis, nam species panis est signum gratiae sanctificationis nos per modum cibi spiritualis, quae sanctificatio est sanctificatio simpliciter; & species vini est signum gratiae sanctificationis nos per modum spiritualis potus, quae est etiam sanctificatio simpliciter; ergo quilibet species per se sumpta est simpliciter sacramentum, nam simpliciter competit illi Sacramenti desinitio.

39 Respondeo itaq; in utraque, specie seorsim salvari essentiam huius Sacramenti materialiter, & implicite, non verò formaliter, & explicite, ut requiritur ad complementum, & integritatem essentialē huius Sacramenti; cum enim quilibet species sit totus Christus, ut animam spiritualiter resiciat, quae modum definit Trident. loc. cit. habetur integrum sacramentum quo ad rem significatam, scilicet Christum, & perfectam refectionem, non tamen quoad modum significandi, & ex vi sacramenti, seu formaliter, quia tali pacto sub speciebus panis continetur tantum corpus, seu totus Christus, & per modum cibi, & sub speciebus vini continetur ex vi verborum sanguis Christi, & per modum potus. Nec aliam intendit Trident. loc. citato dicens contra Haereticos, necessarium non esse communionem sub utraque specie, quia communicantes sub una tantum specie nihil minus suscipiunt, nec minus resiciuntur spiritualiter, quam communicantes sub utraque; cum in qualibet ipsarum sit totus Christus, licet non quoad modum significandi; Neque per illam particulam verum sacramentum intendit Concilium, alteram speciem per se sumptam esse absolute integrum Eucharistiae sacramentum quoad essentiam, nō enim inquit, sub altera tan-

ra tantum specie totum, atque integrum sumi sacramentum, sed ait, sumi potest atque integrum Christum, & verum sacramentum, quibus verbis dicitur discernit inter veritatem, & integritatem, aut totalitatem Sacramenti, & ait, sumi in altera specie totum, & integrum Christum, non tamen totum, & integrum sacramentum, ad huc tamen verum sacramentum, eo quod communicantes sub una tantum specie nihil minus suscipiunt, nec minus resiciuntur spiritualiter, quae omnino comunicantes sub utraque, cum in qualibet ipsarum sit totus Christus, quantum attinet ad rem significatam, licet non quoad modum significandi; Quomodo etiam unam tantum accipiuntur species tantum recipiat, sicut qui duas, & tam perfecte resiciatur quoad rem, licet non quoad modum, ex emplo, faris accipere modato declarat Cap. citat. sicut si aliquis inquit, comedit frustum panis, & bibit vas vini per se, & altus in eadē quantitate se sumat panem nō per se, sed vino coniunctum, ita ut totum illud vas exhauret, quoad rem alimentum, & quoad fructum mādicationis nō erit differentia inter illos, si carera sine parta, sed tantum erit differentia quoad modum; Eodem modo, qui sumit Eucharistia tantum sub specie panis, nequit dicit, potest sanguinem Christi in eoque qui sumit tantum sub specie vini, dicit potest, manducare carnem eius, quavis in utroque habeatur totus effectus refectionis; & conviviū licet, non ex vi significationis sacramentalis. Neque ullam esse inconvenientiam, alteram speciem seorsim sumptam in hoc sensu non esse integrum sacramentum, etiam in c. Comperimus, cuius verba referret Aret. cit. due species Euchar. per se, & seorsim sumptae appellatur sacramenta non integra, in sensu illa explicato.

40 Tertiò dicendum est, hanc unitatem Sacramenti Eucharistiae tam ex unitate rei contentae deduci posse, qui est Christus sub utraque specie contentus, quam ex unitate finis, ad quem ex institutione Christi ordinatur, scilicet, ex integritate unionis refectionis spiritualis, quae debet dari per cibum, & potum proportionatē ad corpore refectionem; melius tamen ex primo capite desumit, & magis prioriquam ex secundo. Conclusio est Scoti loco citat. & quoad primam partem patet, quia ibidem Doctor ex utroque capite unitatem huius Sacramenti assignat, primo quod ex unitate corporis Christi sub utraque specie contenti, & deinde ex unitate refectionis spiritualis, ad quam hoc sacramentum ordinatur, cum enim Eucharistia, quatenus constat ex duabus speciebus, hanc integram refectionem, & significet, & efficiat, erit simpliciter unum sacramentum, sicut & ipsa refectione quatenus fit ex cibo, & potu, est simpliciter una refectione.

Quod autem melius ex primo capite, & magis a priori deducatur hanc unitatem, quod ex secundo capite, quo passim utuntur Thomistae, & Receptoribus, probatur, quia sacramentum Eucharistiae formaliter acceptum est relatio quaedam signi ad corpus Christi, ut ad signatum, cum ergo relationes suam unitatem, & distinctiōnem specificam, nēdem a fundamento, sed principalissimā termino desumit; aptius unitas huius Sacramenti deducitur ex unitate corporis Christi sub utraque specie contenti, quam ex unitate refectionis spiritualis, quae est finis quod est Christi institutio, hoc Sacram. ordinatur; Haec igitur ratio magis a priori ostendit, quomodo hoc sacramentum sit unum, nimirum quia corpus, & sanguis Christi faciunt unum totum perfectum organicum, & hoc modo signa, & signata sunt unum tantum, quia licet signa sint duo indivisibilia, tamen simul sumpta integrant unū signū perfectū, & totale; & licet signata sint duo indivisibilia, sunt tamen unum signatū perfectum, & integrum, scilicet corpus perfectum, & completum Christi, Constatum, quia ut dictum est, quae, duplex in hoc Sacramento significatur reperitur; unum primariū, & essentialē, & est corpus, & sanguis Christi; alterum secundarium, & accidentale, & est gratia sanctificans animam spiritualiter nutritis, qualiter in ipsa actuali sumptione corporis, & sanguinis Domini spiritualiter resiciuntur ab illo igitur congruentius, & magis a priori unitas Eucharistiae, per se petenda est, quam ab hoc secundo.

41 Resp. Vaquez disp. 168. cap. 1. Amicus disp. 15. sect. 3. & alii Receptoribus, male ex hoc capite unitatē huius Sacramenti desumunt, nam unitas signi non est desumenda penes rem indirectē, & concomitantem, sed per se, & directē significatā; cum igitur sanguis indirectē tantum, & concomitantem importet per species panis, & corpus per species vini; non oportet unitatem huius Sacramenti ex unitate rei contentae desumi, quia haec ut directē significata ex vi verborum non est eadem in utroque signo; probatur a sumpta, nam ab eo desumenda est unitas signatā, quo signum per se significatur, significatur autem a termino per se importato, nam hoc tantum invariato manet unitas signi, atqui variato termino indirectē significatur, manet adhuc unitas specifica Eucharistiae, idem quippe fuisset sacramentum peractū in triduo, in quo species panis solum continuissent corpus, & species vini sanguinem; quare concludunt, probandam esse Eucharistiae unitatem ex unitate refectionis spiritualis, quae significatur, ex unitate conviviū, in quo licet sit duo cibi, & potus, unum tamen conveniunt, in quo conviviū, & unum simpliciter refectionem ex cibo, & potu integratā.

Sed contra, quia ex saepe dictum est, nutritio, & spiritualis refectione Eucharistiae non conveniunt, nisi prout habet esse in usu, qui ei

accidentalis est, unde nutritio, & alere est finis extrinsecus, & contingens Eucharistiae, si enim non sumatur Eucharistia, ad hanc finem unitas Sacramenti datur ab effectu nutritione, non ergo per se, & a priori unitas huius Sacramenti a tali fine dependet, quia unitas per se rei a fine extrinsecus, & accidentali desumi non debet. Plane negari nō potest, hoc sacramentum esse institutum, ut sit refectione spiritualis animae; non ob id tamen dicendū est, hanc esse precium finem, vel primarium huius institutionis, nam sunt, & alii fines, ut nēpe in illo adoretur, ut effret nobiscum sacramentaliter usque ad finem saeculi, & atque ideò diximus, hunc finem refectionis spiritualis esse secundarium, & accidentalem; Et quamvis Scotus quoque, hac ratione probet, sacramentum hoc esse integraliter unū ab hoc effectu integraliter uno, ad quem etiam est institutum; declarat tamen, hanc unitatē non ab unitate alimentum, & refectionis sumendam esse, tanquam a proprio, & principalis specificativo, sed tanquam a fine extrinsecus, & secundario; Et quamvis unaqueque species contineat aliquid diversum, ut directē significatur ex vi verborum; haec tamen diversa sunt partes unius, sicut licet corpus & anima sint quid diversum, sunt tamen partes unius ex ambobus integrati, quare illae species sunt signi partiale seorsim, & distributive acceptae, sunt verò signum totale collectivè sumptae; ita etiam se habuissent, si in triduo mortis Christi consecratae fuissent ad huc enim secundū se distributive sumptae significassent corpus & sanguinem Christi, collectivè autem totum, & unum Christū, neque huius significationi oblatet separatio actualis sanguinis a corpore Christi in triduo, neque in ad significandam unionem sanguinis cum corpore Christi sunt istae species instituta; sed ad significandam corpus, & sanguinem, sive sit separata, sive unita; imò inquit Hiquerus d. 3. q. 1. a. 16. quod ob naturalem connexionē sanguinis cum corpore organico etiam in triduo cōnotatae fuisset ordo illius ad corpus, quia nequit sanguis Christi significari ex vi verborum, quin cōnotet hūc ordinem ad corpus, quod integrat, vel integretur, & cui inest, vel insuit nequaquam neque aptitudinem potest esse sanguis Christi, nisi ut integret corpus eius vel adū, vel aptitud.

42 Ex qua doctrina solvit etiam instantiam adductā, quomodo corpus secundo modo sumptū ex duobus jam assignatis supra n. 37. prout nimirum sanguinem etiam includit, possit specificare significationem unam integram utriusque speciei, si ex vi verborum neutra species continet corpus sic sumptum; quia enim ex natura rei, & connexionē naturalis sanguis ordinatur ad corpus, ut est pars eius, sumdo corpus hoc secundo modo, & quia significatio practica Sacramenti limitatur ad modum naturalem essendi signatorum in re ipsa, illumque supponit, tam ex vi institutionis, ut modo factū est, quam ex fine, ideò non abstrahit a modo naturali essendi signatorum, ut partes sint actu, vel aptitudinē esse iuste totius, & hoc ait, sufficere, ut corpus hoc secundo modo sumptum, tanquam significatum totale, & proximum, possit specificare significationem unam integram utriusque speciei, etiam ex vi verborum neutra species continet corpus sic sumptum, vel claris dicit potest ex ipso Scoti contextu, quod licet sanguis indirectē tantum, & concomitantem importet per species panis, & eius consecrationem, & corpus per species vini; tamen ex partiali significatione specierum collectivè sumptarum potest unum totale signum integrari, & una totalis significatio, quae directē, & per se corpus sic sumptum significet, ad eō forma practicum ad possessionem corporis Christi, & signum partium animatarū, & sanguinis ad invicem, prout in re ipsa supponuntur.

Sed hic insurgit difficultas, an haec significatio totalis in distinctis speciebus huius Sacramenti importet distinctas relationes signi, ex quibus componatur, vel potius sit una indivisibilis relatio in toto aggregato, vel compositio. Caspensis loc. cit. cum aliis Recentioribus ait, relationem signi totalis refectionis, quae fundatur in speciebus consecratis panis, & vini, & formis earum, esse unam numero unitate simplicitatis, & indivisibilitatis, sicut unum totale edificium aequale refertur una numero relatione ad suū exemplar, & idem est de tota civitate sumpta, ut una respectu Regis, aut Gubernatoris, & exercitū respectu Ducis, Negat Hiquerus loc. cit. quia nullum fundamentum huius significationis totalis in complexu ostendit potest; neque illa significatio dici potest practica, quia nec effectum habet diversum ab effectu significationis partium, nihil enim ponitur sub speciebus, aut conservatur praeter corpus, & sanguinem primo, reliqua ad haec per concomitantiam, unde concludit, nullam aliam dari significationem ab illa, quae est partium, diversam, & incomplexam, neque significationem partium coalescere unam, nisi ratione proximi signati, quae refertur ad tertium coalescens ex utroque signato.

43 At bene respondet Suarez cit. sect. 3. in fine, hanc quaestionem quoque, non posse esse nisi de nomine, nam ex una parte negari non potest, quin significatio integra huius Sacramenti cōponatur ex significationibus partium; componitur enim ex illis, quatenus unaquaeque significat suum peculiare signatum, tam proximum, quam remotum, modo jam explicato, & hoc voluit intendere Doctor, quando dixit, hoc sacramentum esse unum, non unitate indivisibilitatis,



licitatis, sed integritatis, ut perfectio includens plura signa partialia. Attamen etiam concedi potest, in toto sacramento esse unam totalem significationem, quae a significationibus singularum partium aliquo modo distinguitur, nequit enim esse unum signum etiam unitate integritatis, etiam aliquo modo significatio sit una, ut patet de propositione, & terminis, ex quibus integratur, habet enim suum proprium significatum, & significatis terminorum, ex quibus componitur, distinctum; Hec tamen significatio totius sacramenti composita dici debet, & complexa, quia diversis partibus consistit, rei compositae inest, & solum indivisibilis dici potest, quatenus indivisibiliter inest in toto complexo, sicut nec in partibus manere possit eo modo, quo est in toto, neque etiam ab alio ordine debito, & connexion ipsarum partium.

44. Quarta tandem Dicendum est, unitatem huius sacramenti non esse specificam tantum specie subalterna, ut Gavatius jehat, sed etiam specie infima, & a thomistica Scotus loc. cit. quae ita intelligitur. Scotus omnes, tum veteres, tum Recentiores Faber, Rada, Poncius, Hiquerus, Aretinus, Brancatus, & alii passim etiam extra Sacram nostrum, & clare deducitur ex jam praemissis assertionibus, si enim hoc sacramentum proprie, & simpliciter loquendo est unum, ut dictum est conclusione prima, & tenet quoque Gavatius, sequitur, esse unum unitate specifica infima, & non tantum subalterna, ut supra deducitur est n. 36. quoniam enim homo, & leopconvenient in ratione animalis tamquam generis proximi, vel specie subalterna; adhuc tamen simpliciter dicitur plura animalia & unum tantum secundum quid, quia unitas generis, est sic etiam generis proximi, est unitas tantum secundum quid; Neque est ad hoc exemplum Ordinis, quod saepe inculcat Gavatius, qui numeratur, ut unum sacramentum, & tamen non habet unitatem specificam specie aethera, sed subalterna, quae postea sub se continet septem ordines specie diversos, ut innuit Doct. 4. d. 2. q. 1. m. 8. sed tunc de quarto. Nam utiq; Scotus ita ibi loquitur de Ordine dicens esse Sacramentum unum unitate generis propinquum: at non ita loquitur de unitate sacramenti Eucharistiae d. 3. q. 1. sed absolute ait, esse unum signum, & sacramentum unitate integritatis non indivisibilitatis, ita quod ex utroque signo partiali specierum Eucharistiae integratur unum signum totale corporis Christi late sumpti, prout se licet sanguine etiam includit, indicans hoc modo loquendum, species panis, & vini non esse tantum partes subjectivas sacramenti, sed esse partes integrantes integritate essentiali, quae necessario debent esse in actu in toto, non autem subjectivas, quae solum in potentia sunt in illo, quomodo loquitur de septem ordinibus in ordine ad Sacram. ordinis ut sic. Accedit, nequid concedi communiter de Sacram. Ordinis, imo dicunt pariter Recentiores, quod si sub Ordine ut sic plura continentur sacramenta, illa non sunt sacramenta totalia, sed partialia constituenta unum ordinis sacramentum totale, & completum in specie infima significans gratiam necessariam ad ministrandum in Ecclesia; sed quid dicendum de unitate sacramenti ordinis inferioris suo loco patebit.

45. Deinde hoc etiam deducitur ex secunda assertionem, ubi dictum est, hoc sacramentum esse unum, non unitate indivisibilitatis, & simpliciter, sed integritatis, & perfectionis; si enim species panis, & vini sunt partes integrantes Eucharistiam integritate essentiali, ergo non possunt esse partes tantum subjectivae illius, quae solum potentia sunt in suo toto, sed debent esse integrales, quae necessatio sunt actu in toto; essent autem partes subjectivae tantum; si essent sacramentum unum specie tantum subalterna, sicut homo, & leo sunt partes tantum subjectivae animalis generis proximi; & sacramentum Eucharistiae ut sic esset tantum totum universale respectu sacramenti corporis, & sanguinis Christi, non autem totum integrale, ut loquitur Scotus, sicut animal respectu hominis, & Leonis est totum universale tantum, non vero integrale, nam totum integrale est totum actuale, & non potentiale tantum, sicut est universale respectu suorum inferiorum.

Hoc tandem deducitur etiam ex tertia conclusione, ubi diximus unitatem hanc sacramenti Eucharistiae, tam ex unitate rei contrae deduci posse, qui est Christus sub utraque specie contentus, seu eius corpus ut etiam sanguinem includit, quam ex unitate finis, ad quod ex institutione Christi ordinatur, scilicet ex integritate unius refectionis spiritualis, quae per totum, & cibum fieri debet proportionaliter ad refectionem corporalem. Sed corpus Christi late sumptum, prout etiam sanguine includit, & ceteras partes animatas, est unum in specie infima, & non subalterna: ergo eandem quoque unitatem praebet huic sacramento, ut est unum signum integrale, & totale ex speciebus panis, & vini constitutum; & quemadmodum signata specierum panis, & vini sunt duo signata partialia, unum signatum totale constituenta in unitate speciei infimae, & non tantum subalternae: ita, & signa. Et quemadmodum convivium corporale, quamvis ex cibo, & potu integratur, est unum specie infima, quia refectione corporalis integra ex cibo, & potu constat, siquidem nec solus cibus, nec solus potus est integra refectione, sed utriusque simul, ita signata species non sunt facta sacramentum totale, sed solum partialia habentes significationes partiales ad invicem ordinatas ad constituendam, & integrandam unicam significationem totalem

unius signati speciei infimae, quae eadem modum cibus, & potus ordinati sunt ad integrandum unum convivium totale, & unam refectionem specie infima.

46. Denique ex allata doct. sic arguitur, Christus habet duas species instituit, ut essent partialia signa constituenta unum signum representativum, & corporis Christi late sumpti, prout sanguine includit, sub utraque specie contenti, & unius spiritualis refectionis, seu convivii, ergo ex his duabus speciebus componitur unum sacramentum simpliciter specie aethera, quia Eucharistia non solum est quid individuum, & singulare, sed etiam secundum gradum specificum, ex illis speciebus integratur, & instituta est per modum convivii, cuius essentia integratur ex cibo, & potu.

Respondet Gavatius qu. cit. in fine, distinguendo consequens, componitur unum sacramentum unitate indivisibilitatis, & specie aethera, negat unitate integritatis, & specie subalterna, concedit. Sed huius solutionis inanis patet ex modo dictis, quia inferiora non sunt partes integrales universales, sub quo continentur, sed dicuntur tantum esse partes subjectivae, & universales respectu illorum non dicitur totum integrale, quod est totum actuale, cum suas partes integrantes actu continent, sed dicitur totum potentiale, quia suas partes subjectivas continent tantum in potentia; ergo si ambae species factuales integritate essentiam sacramenti Eucharistiae, ut signa partialia, non erunt partes eius subjectivae tantum, & veluti species sub genere proximo.

Confirmatur, quia impossibile est, duas species simpliciter, & a thomas constituitur unum speciem simpliciter in genere sacramenti; ergo si species panis, & vini sunt simpliciter duae species in genere sacramenti, ita ut in singulis earum simpliciter tota salvetur Eucharistiae essentia, ut Gavatius contendit, impossibile est, quod constituant unum speciem simpliciter in eodem genere.

47. Resp. rursus Gavatius n. 33. antecedens esse verum, accipiendo utrobique speciem uniformiter, non difformiter; hoc est impossibile est, duas species simpliciter a thomas, & specialissimas unam speciem a thomas, & indivisibilem constituitur; at bene possunt duae species specialissimas contineri quidditative sub una specie subalterna; quod rursus explicat expro Gavatius Ordinis quod est unum unitate specifica subalterna, & continet sub se septem Ordines inter se specie a thomas differentes; Sed rursus haec solutio eadem fallacia laborat, per hoc enim, quod species panis, & vini quidditative coequeantur, ut duae species simpliciter a thomas sub Sacramento Eucharistiae in communi, tanquam sub genere proximo, vel specie subalterna, non salvatur, quod vera sint partes, essentiam huius sacramenti constituentes, quia partes huiusmodi totum aliquod actuale constitunt, in quo actu reperiuntur; species vero, ut continentur sub suo genere proximo, dicuntur tantum partes subjectivae illius non integrales, & dicuntur in eo contineri in potentia, non vero in actu; Rursus si species panis, & vini tantum unum sacramentum Eucharistiae dicuntur constituitur, inquantum sub eo continentur, tanquam sub specie subalterna; poterat Gavatius equum bene concedere, solam speciem panis esse integrum, & totale sacramentum Eucharistiae, & non partiale tantum, sicut de Sacramento Ordinis, quia est unum unitate tantum generis proximi, concedit, singulos ordines sub ipso contentos esse integra, & perfecta sacramenta, non autem partialia. Cui ergo concedat, solam speciem panis esse unitate verum sacramentum, non tamen integrum, & totale, sed partiale tantum, non erit factum unum Eucharistiae unum duntaxat unitate speciei subalternae, vel generis proximi, sicut est factum unum ordinis respectu septem Ordinum sub se contentorum, sed etiam unitate speciei aetherae, ita secundum gradum specificum Eucharistiae ex illis duabus speciebus integratur, ut ad suam integritatem, & totalem essentiam spectantibus, illaque respiciat, ut partes ipsam actu integrantes, & non tantum, ut partes subjectivas.

ARTICULUS SECUNDUS.

Obiectiones solvuntur.

48. IN oppositum obiicitur Adversariis, Eucharistiam non esse proprie, & simpliciter unum sacramentum, sed plura; Primo, quia Concilia, Patres, & Ecclesia ipsa in quadam collecta Eucharistiam plura appellat sacramenta, & de ea loquitur in plurali, Purificent nos Domine sacramenta, quae sumptis, & habetur apud Gratianum dist. 1. & 2. per multa capita.

Confirmatur, quia si ex utraque specie conficitur integrum sacramentum; ergo communicans sub una tantum specie, scilicet panis, non sumit integrum Eucharistiae sacramentum contra Conc. Trident. sess. 13. c. 3. & sess. 21. c. 3. Tandem tantam gratiam conferunt solae species panis, & aequae perfectae spiritualiter reficiunt, sicut species vini; alia iuniora feret Laicus, dum speciebus vini privatur; ergo cum per quilibet illarum fiat integra spiritualis refectione, singulae erunt integra sacramenta.

Resp. Eucharistiam etiam ab eadem Ecclesia in eadem collecta unum appellari sacramentum, Pressa, ut hoc unum sacramentum non sit nobis reatus ad panem, &c. quare interdum plura appellat; interdum unum, plura partialia, & unum totale ex illis constitutum, quoniam

quamvis enim species panis, & vini sint plura signa, tamen ex his integratur unum completum signum, cuius primarium, & essentialiter significatum est integrum Christi corpus, ut etiam sanguinem includit, secundarium vero, & accidentale est integra spiritualis refectione ex cibo, & potu constans.

Ad Confirmationem communicantes sub una tantum specie sumunt totum sacramentum, quoad rem significatam, & sub illa specie contentam, quia sub quilibet illarum totus Christus continetur, ut animam spiritualiter reficiat; non tamen sumunt totum sacramentum, sed partem sacramenti, quoad modum significandi, & tem immediate significatam ex vi sacramenti, quia tali pacto sub speciebus panis Christus est tantum per modum cibi, & sub speciebus vini tantum per modum potus, & hic est sensus Concilii loc. cit. ut supra declaratum est n. 39.

Ad ultimum jam ibidem diximus, accipientem unam tantum speciem tantum recipere, sicut quidam, & tam perfecte refici quoad rem, sed non quoad modum; quod etiam ibi declaratum est exemplo comeditis fructum panis vni incidunt.

49. Secundum obiicitur, quia licet ex parte modi significandi unica tantum species non possit appellari integrum sacramentum, & convivium, tamen ex parte rei, significatae nihil ei deest, quod minus integrum sit, quae res significata per speciem panis, verbi gratia, est caro Christi, caro autem Christi, cum sit viva, habet etiam sanguinem conjunctum atque adeo ibi est integrum Christi corpus, ac per modum cibi, & potus, ergo &c.

Confirmatur, quia si illae duae species sunt unum sacramentum in ratione signi, tunc debet in eis assignari una significatio; hoc autem assignari non potest, quia in sacramento Eucharistiae non est aliquod unum ens, in quo fundari possit talis unitas significationis, non ex parte materiae, quia species panis, & vini tamen unitatem non habent, nec parte formae, quia sunt duae formae, & diversae. Denique Eucharistia constat ex diversis materiis, nempe pane, & vino, & diversis formis, ut patet in illis verbis. Hoc est enim corpus meum, & hic est calix sanguinis, &c. ergo non est unum sacramentum in specie infima; consequentia patet; quia sacramenta distinguuntur per materias, & formas.

50. Resp. negando consequentiam, quia integritas sacramenti non debet attendi ex parte rei significatae per concomitantiam, neque sanguinis ad corpus Christi sub speciebus panis, quia huiusmodi concomitantia per accidens se habet ad species panis considerata ratione formali huius sacramenti; integritas ergo sacramenti debet attendi ex parte signi, ut nimirum integrum modum habeat in significando, unde sacramentum integrum est, quod ex vi propria, & per se primo totale significatum sacramenti, quod est corpus late sumptum, & integra spiritualis refectione per modum cibi, & potus simul, significat, quod non habet solae species panis, aut solae species vini; unde Divus Bonav. hoc totum significavit 4. d. 9. ar. 2. q. 2. quando dixit, fideles in una specie accipere totum sacramentum in quoad efficaciam non quoad significationem, quare ex illo antecedente non bene deducitur, quod in unica tantum specie simpliciter salvetur tota ratio huius sacramenti.

Ad Confirmationem negatur minor, quia inter materias, & formas huius sacramenti talis unio intervenit, qualis sufficit ad unum sacramentum componendum, non enim opus est, hanc unionem esse quasi physicam, vel pertinentem ad quantitatem continuum, sed sufficit moralis quaedam unio, seu cuiusdam ordinis, & proportionis, quantum fact est ad componendam unam integram, vel expressam significationem; quae in proposito intervenit potest, quia licet illae materiae sint inter se diversae, conveniunt tamen in ratione signi, cum una sit figura corporis, & alia sanguinis, quae sicut sunt duo signata, unum totale integritatis, scilicet, corpus Christi late sumptum, ita & haec duo signa partialia unum totale integritate possunt, modo jam explicato n. 43. & sic etiam dicendum de formis diversis; quod licet sint duae partiales, integritate tamen unum totale.

Ad ultimum pariter dicendum est, Eucharistiam constare diversis materiis, & formis partialibus, non autem totalibus, & consequenter constare duobus sacramentis partialibus, diversas partiales significationes habentibus, quae tamen unum totalem integram, modo iam explicatum, & consequenter unum Eucharistiae sacramentum specie infima.

51. Dices, quilibet species foetum sumpta continet integram sacramenti Eucharistiae essentiam, quia Eucharistia praedicatur essentialiter de speciebus panis, & vini foetum sumptis; ergo quilibet species est simpliciter sacramentum totale, & consequenter Eucharistia non erit unum sacramentum in specie infima.

Resp. negando assumptum, quia sacramentum Eucharistiae integrum est, quod ex vi propria, & per se primo totale significatum sacramenti, quod est corpus late sumptum, ut etiam sanguinem includit, significat; tunc quia Eucharistia instituta est a Christo per modum refectionis, & convivii, ratio autem integra refectionis, non convivii non salvatur in solo cibo, aut in solo potu, & ideo nequit in una sola specie integritate Eucharistiae salvari; Quando autem dicebatur, Eucharistiae sacramentum de speciebus

panis, & vini etiam foetum sumptis essentialiter praedicari; Hoc in eo sensu intelligendum est, quod quemadmodum partes substantiales hominem constituentes in ratione substantiae totalis, & completae, vocantur substantiae, licet partiales, & species istae unum integrum sacramentum constituentes vocari possunt, & de facto vocantur sacramenta, sed partialia.

Dices rursus, species panis foetum sumpta appellatur a Trid. cit. sess. 21. c. 2. verum sacramentum, dum ait, fideles fumentes speciem panis sumete integrum Christum, & verum sacramentum.

Resp. ex dictis n. 39. non intendere Concilium, alteram speciem esse integrum Eucharistiae sacramentum, sed solum declarare voluit, alteram speciem esse veram, & propriam sacramentum, non metaphorice, vel figurate tantum; & hoc quidem cuilibet parti huius sacramenti convenit foetum sumpta, quia quilibet foetum sumpta sufficiens est ad fundandam partialem relationem signi, & causandam gratiam, vel per modum cibi, vel per modum potus.

Dices tandem, licet neutra pars includat totam rationem specificam Eucharistiae, quilibet tamen includit totam rationem genericam sacramenti, quae est esse signum sensibile gratiae; unde licet neutra foetum sit simpliciter sacramentum Eucharistiae, quilibet tamen est simpliciter sacramentum genericum. Orlandus disp. 2. q. 1. negat cum Corneo assumptum, quia ratio generica non potest reperiri existens a parte rei, nisi in aliqua determinata specie, sola autem hostia consecrata, aut flos calix non includit rationem specificam Eucharistiae, neque alterius sacramenti, ac proinde neque rationem genericam; quare cum Eucharistia ex ipsis speciebus componatur, dicunt, non posse in sola specie panis, aut vini salvari integram rationem genericam sacramenti, sed in tota ipsa Eucharistia; sicut ratio animalis non salvatur in sola anima, neque in solo corpore, quae sunt partes hominis, sed in solo homine.

Haec tamen responsio non placet, quia ex se sequitur, quod sumens speciem panis non solum non sumeret integrum Eucharistiam, sed nec etiam verum sacramentum, quod directe repugnat Trid. loc. cit. consequentia patet, quia in una sola specie concedit, non salvari veram rationem sacramenti; Itaque praefata dicere, quod licet in partibus speciebus componentibus huius sumptis non salvetur ratio generica proximi; potest tamen salvari ratio generica remoti, ut patet in allato exemplo de anima, & corpore hominem constitutentibus, nam ratio animalis, neque in sola anima, neque in solo corpore salvatur, sed in solo homine, in quibus tamen etiam foetum sumptis salvatur ratio substantiae, nam partes substantiales, hominem constituentes in ratione substantiae totalis, & completae vocantur substantiae, licet partiales; ita ergo a pari species istae integrum Eucharistiae sacramentum constituentes, licet integrum Eucharistiae praedicationem suscipere nequeant, possunt tamen suscipere praedicationem sacramenti, ut sic, & vocari possunt sacramentum verum, & proprium, & licet in eis foetum sumptis tota ratio specifica Eucharistiae salvari nequeat, salvari tamen potest integro tota generica sacramenti, & hoc magis conformatur modo loquendi Concilii citati, appellantis speciem panis verum sacramentum, ac etiam Ecclesiae, quae docet, in sacramento verum assertari sacramentum, & ad iudicium professionaliter deferri, & ad hanc praedicationem recipiendam sufficit, quod sint partes aliquam speciem aetherae sacramenti essentialiter integrantes, sicut ad hoc, ut anima, & corpus dicantur essentialiter substantiae, sufficit, ut sint partes hominem constituentes in ratione substantiae totalis, & completae; quia igitur unitate conceptus substantiae essentialiter praedicatur de anima, & corpore hominem constitutentibus, sive sit unitas generica remoti in recta linea, sive alicuius communioris etiam ad ea, quae reductivè tantum in praedicatione ponuntur; eadem etiam conceptus unitate sacramentum, ut sic de speciebus panis, & vini praedicari poterit, ac debet, de quo vide Aretinum dist. 3. qu. 1. ar. 4.

52. Tertio arguit Gavatius loc. cit. probans, sacramentum Eucharistiae non esse unum unitate specifica specie aethera, sed tantum subalterna; quilibet species sacramentalis foetum sumpta est simpliciter sacramentum, sicutque ambae alterius rationis, nempe materialiter, sed etiam formaliter in ratione signi, prout fundant relationem ad distincta signata, signatum enim per species panis, scilicet corpus Christi strictè sumptum est alterius rationis à sanguine, qui est signatum per speciem vini; ergo ut sic considerata, hoc est in ordine ad suum immediatum significatum non possunt habere unitatem specificam specie aethera.

Confir. aequè perfectum est sacramentum, & tenens ex parte speciei panis, ac sacramentum, quod in specie vini fundatur, aliquin Laici sub una tantum specie cōmunicantes dimidiatum sumerent sacramentum contra Trid. loco citato; ergo sacramentum tam in specie panis, quam in specie vini est simpliciter sacramentum, atque ideo non sunt unum unitate aethera. Demum sacramentum Eucharistiae institutum fuit ad completam animae nutritionem per completam nutritionem corporis significatam; sed completa corporis nutritio nutritur alimento unitate generica, non specifica specie aethera; ergo hoc sacramentum non est unum specie aethera;



athoma; Minor probatur, nam ad nutritionem concurrunt cibus, & potus, quorum uterque veram habet rationem alimentum, suntque ambo alterius, & alterius rationis ergo ratio alimentum, prout utriusque convenit, non habet unitatem specificam specie athoma, & infima, sed tantum subalterna.

54 Resp. gratis concedendo, species panis, & vini esse sacramenta alterius rationis, nedum materialiter sumpta, sed etiam formaliter, & prout fundant relationem signi ad suum immediatum significatum, non posse habere unitatem specificam specie athoma; cum tamen si esse possit tantum signa partialia, dicitur, ambo simul supra constituitur unum signum totale corporis Christi late accepti, prout scilicet etiam sanguinem includit, & quemadmodum signata species panis, & vini sunt duo signata partialia, unum signatum totale constituenta, & quidem unum unitate specifica athoma, ut supra dictum est n. 45. ita, & signa; Neque repugnat, ex partibus specie diversis etiam in rebus physicis unam speciem athomam resultare, sicut homo, qui est species infima, est etiam anima, & corpus, non solum specie, sed etiam genere diversis; sic etiam in proposito quamvis sacramenta panis, & vini sint alterius rationis, & differant specie incompleta, & partiali, ordinantur tamen ad componendam unam speciem integram, & totalem, & ita sacramentum hoc est unum in specie athoma ex diversis speciebus partialibus constatum. Ad Conf. concessio antecedente in sensu jam explicato n. 50. nempe ex parte rei significata per concomitantiam, non vero ex parte modi significandi; ac etiam concessa prima consequentia, negatur ultima, alioquin inde pariter inferri posset, quod non essent species panis, & vini unum simpliciter sacramentum, sed simpliciter plura; quod etiam arguens negat. Ad ultimum non video, qua ratione Gavattus hoc argumento utatur, cum sepius in ea questione Adversarius hujus arguendi modi redarguar, quia reflectio spiritualis non est primaria, & essentialis hujus sacramenti significatum, sed tantum secundarium, & accidentale, cum Eucharistia accommodari non possit, nisi prout habet esse in usu, quae est accidentalis est; sed etiam hoc admissio, negatur minor, quia cõvium corporeale, ad cuius instar hoc sacramentum est institutum, est unum in specie infima, quavis integretur ex cibo, & potus, & est unica reflectio specie athoma constans ex alimento humido, & sic, tanquam ex duabus partibus; & ad probationem minoris dico, quod licet ad nutritionem concurrant cibus, & potus, quorum utrumque veram alimentum rationem habet, & alimentum respectu utriusque rationem generis habet, & non species, adhuc tamen convivium, & reflectio ex utroque constituta est una, species infima, & non subalterna tantum; unde aliud est loqui de alimento, quod commune genus ad humidum, & sic, cum aliud vero de convivio ex utroque constitutum, & ad cuius instar hoc sacramentum est institutum.

55 Quarto rursus arguit, quamvis idem Christus sub speciebus panis, & vini continetur, tamen ex vi verborum non continetur idem, sed sub speciebus panis continetur corpus, sub speciebus vini sanguis; at sacramentum Eucharistia non constituitur intrinsece in ratione sacramenti per id, quod ponitur per concomitantiam, sed per id, quod ex vi verborum ponitur; ergo cum corpus, & sanguis sint entitates diversae, & alterius omnino rationis, sequitur necessitatio, sacramentum sanguinis non esse unum sacramentum specie athoma, sed subalterna.

Confir. quia Eucharistia sacramentum formaliter consistit in praedica, & efficaci significatione praesentiae corporis, vel sanguinis Domini, sed huiusmodi significationes sunt diversae omnino rationis, cum sint ad signata alterius rationis; ergo sacramentum Eucharistia formaliter acceptum, ut commune est sacramento corporis, & sanguinis non est unum unitate athoma, sed subalterna. Demum argui potest ulterius ex eius dictis: Eucharistia praedicatur essentialiter de speciebus panis, & vini seorsum sumptis, cum singulariter continetur totam Eucharistia, essentialiter; cum igitur de ipsis non praedicatur, ut de individuis, quia sunt sacramenta alterius rationis, necessitatio de ipsis praedicabitur, ut genus proximum, & immediatum de pluribus speciebus infimis.

56 Resp. si argumentum urget probatur rursus, Sacram. corporis, & sanguinis Christi non solum non esse unum specie athoma Sacram. sed nec etiam simpliciter unum, sed simpliciter, & absolute plura, quod negat etiam ipse arguens; quia assignari nequit unum totale, & integrum per se significatum ex vi Sacram. a quo talis unitas sumeretur; hoc tamen unum, & totale significatum, unde talis unitas sumatur, assignat ipse quoque arguens, nimirum corpus Christi late acceptum, prout scilicet etiam sanguinem includit, & sicut ipse ex hoc uno, & totali significato ait, de sumi unitatem simpliciter hujus Sacram. ita nos quoque dicimus, de sumi debere unitatem specificam athomam, ut constat ex dictis n. 45. ad id vero, quod ait, Eucharistia Sacram. non constitui intrinsece in ratione sacramenti per id, quod ponitur per concomitantiam, patet, quid sit dicendum ex jam dictis supra n. 41. & 42.

Ad Confir. jam supra dictum est in solutione precedentis argumenti, quod quamvis ille significationes, & illa signa sint diversae rationis, quia tamen sunt signa partialia, possunt unum

totale signum constituitur specie athoma, sicut ex anima, & corpore, quamvis sint partes diversae rationis, resultat unum specie athoma, sicut et homo; Et sacramentum Eucharistia, ut est commune sacramento corporis, & sanguinis non est commune in ratione totius universalis, sed in ratione totius integralis, sicut dicimus de homine respectu corporis, & anime, ex quibus constituitur; Dices dispartem esse rationem, quia quilibet pars hominis seorsum sumpta, & independentem ab alia non est simpliciter homo; sed quilibet species seorsum sumpta est simpliciter sacramentum; ergo quovis ex corpore, & anima specie diversis possit constitui unum unitate specificam, non tamen ex speciebus corporis, & sanguinis, quatum quilibet est simpliciter sacramentum Eucharistia.

Resp. ex dictis n. 41. quod licet quilibet species seorsum sumpta sit sacramentum simpliciter, ut est commune genus ad omnia sacramenta, non est tamen simpliciter sacramentum Eucharistia, sed pars integralis illius, loquendo in rigore metaphysico.

57 Hinc patet ad ultimum; saltem enim est assumptum, sicut etiam saltem est, in singularibus speciebus seorsum sumptis totum Eucharistia essentialiter continetur, ut patet ex ibidem dictis, ac etiam superius n. 39. unde Eucharistia non praedicatur essentialiter de speciebus panis, & vini seorsum sumptis, neque ut genus de speciebus, cum Eucharistia sit species infima, neque ut species de individuis, cum sint sacramenta diversae rationis, & ratio superius insinuat, quod, quia species panis, & vini sunt partes integrantes Eucharistia integritate essentiali, quae necessitatio debent esse actu in toto, & ideo partes illius subjectivae esse non possunt, quae solum in potentia sunt in illo, ut dictum est n. 45.

At replicat Centinus disp. 1. cap. 4. n. 74. unitatem integritatis sacramenti huius non esse talem, qualis est unitas unius habentis plures formas physicas subiectivas ad aliquod totum, & perfectum constitutum, ut quilibet animalis; nam animal non est ens homogeneum, ut quilibet pars separata sit ipsum, sicut aqua, cuius partes segregatae sunt pariter aqua; hoc autem sacramentum, dum duo habet signa, & quatuor completa unum integrum signum, & signatum, si segregata spectetur, adhuc totum est sacramentum, unde unitas haec integritatis assimilanda est potius homogeneis, quam heterogeneis. Verum constat ex iam dictis n. 38. quomolibet species seorsum sumptam non esse totum, & integrum sacramentum, sed solum partem, & inadaequatum, sicut solus cibus non est integrum convivium, nec solus potus, sed inadaequatus, & partialiter, ut ibi declaratum est; ubi etiam dictum est, hanc unitatem non esse integram, quomodo cumque, sed integram essentialiter, ita ut ambo species integritate essentiali huius sacramenti, quae partes sunt, cum non sint similes, & eiusdem rationis, sed omnino diversae rationis, cum sint ad diversa signata partialia, ideo constitutum ex eis potibus rationem habet totius heterogenae, quae non homogeneae; Insuper saltem est, quod assumitur de toto aquae homogeneae, nam aqua quae essentialiter praedicatur de singulari aquae partibus integralibus, non est hoc aquae individuum ex illis partibus compositum, sed est aqua in communi, quae non est totum integrale, sed universale respectu partium, de quibus praedicatur.

Dices; quemadmodum ergo licet aqua in individuo sumpta ut est quid singulare ex partibus aquae integratum non possit praedicari de partibus illis, potest tamen de illis praedicari secundum gradum specificum aquae; ita in proposito licet Eucharistia in individuo sumpta non possit de speciebus panis, & vini essentialiter praedicari, poterit tamen de illis praedicari secundum gradum specificum. Negatur patitas, quia aqua in communi, & in specie non habet partes integrales, sed tantum haec aqua in particulari, at Eucharistia non solum, ut est quid individuum, & singulare, sed etiam secundum gradum specificum, ex illis speciebus integratur, ut supra dictum est, quia instituta est per modum convivii, quod essentialiter ex cibo, & potu integretur, & ideo Eucharistia nec etiam secundum gradum specificum de speciebus seorsum sumptis potest praedicari.

ARTICULUS TERTIUS.

Quid dicendum sit de Unitate numerica.

38 Non minor est controversia in hac questione in explicanda unitate, & multiplicata numerica huius sacramenti, quam fuerit de specifica, qua de causa Bernal. disp. 23. sec. 2. ait, hanc non esse questionem de solo nomine, & modo loquendi, ut passim Recentiores scribunt, sed esse de re, cum eius resolutio dependat ex modo constituendi hoc sacramentum, ut patet ex hacenus dictis; & quamvis etiam de modo loquendi foret adhuc inquisitum tam gravi negotio contentemenda non esset, ut satis indicant Theologi Recentiores fuffissima, quae instituta eius tractatione; suppositis itaque tribus dicendi modis ab initio quae relatis, haec pars questionis tribus assertis est modo resolvenda, ut apparet, quia illorum sit probabilior; Et quidem quantum ad rem attinet, certum sit, esse unum Christum semper, & in omnibus hostiis consecratis, esse autem plures ipsas hostias consecratas, & ipsos calices; Unde

Unde aliqui breviter hoc quantum resolvunt dicentes, esse unum sacramentum, ex parte rei contentae, esse plura ex parte specierum continentium, ut Averfa q. 1. sec. 2. & Faber disp. 28. c. 1. ubi dicit sacramentum hoc dupliciter considerari posse, vel ratione signata, quod est corpus, vel sanguis; Christi, & sic idem numero sacramentum est, quod ab omnibus sumitur; vel ratione specierum, & sic tot sunt numero sacramenta, quot species numero multiplicatae; Verum licet haec resolutio pro simplicibus, & idiotis sufficere possit, non tamen pro Theologis Scholasticis; qui haec mysteria altius scrutari tenentur.

59 Primum itaque dicendum est, sacramento Eucharistiae multiplicationem numericam esse concedendam, ad eam non ut idem numero sacramentum, quod ubique ab omnibus fidelibus accipitur. Hec contra tertium dicendum ab initio questionis relatum, quem ut aliis probabilior tenet Amicus disp. 5. sec. 3. in hac vero conclusione conveniunt omnes Auctores pro anima confessione citati; Fundamentum est, quia ab eo res habet unitatem, & quia habet entitatem, unitas enim cum sit passio intrinseca rei, & propria, & intrinseca ejus entitate fundenda est, sed antecedit ad usum, & summationem habet Eucharistia totum suum esse essentialiter, quidditativum, & permanens, ut patet ex quest. praeced. ergo antecedente ad summationem habet suam unitatem, vel multiplicationem numericam. Confir. quia ex ea opinione sequitur, numericam unitatem in hoc sacramento per aliquod sibi extrinsecum, & accidentale completi, nempe per ipsam summationem; & in illis for mulis consecratis, quae nunquam essent sacramentaliter fundenda, nullam posse assignari numericam unitatem; & consequenter probatur, quia in ea opinione sacramentum hoc ante summationem est indifferens, ut sit unum, vel plura, cum unitatem, vel pluralitatem desumat media una, vel pluribus summationibus; sed ista vero consequentia de se patet, quia numerica unitas est aliquid intrinsecum pertinet ad esse substantiale rei; igitur ante summationem, quae huic sacramento extrinseca est, assignari debet unitas numerica huius sacramenta.

Resp. Amicus loc. cit. eam sententiam ita esse intelligendam, ut unitas numerica huius sacramenti desumenda sit ex morali unitate specierum cum ordine ad unam sacramentalem reflectionem, media una summatione morali, tanquam conditione sine qua non, contra vero pluralitatem ex pluralitate specierum cum ordine ad plures reflectiones sacramentales ad minus pluribus summationibus moralibus; Ex qua doctrina ad argumentum cum confirmatione negat utramque sequelam; primam quidem, quia numerica unitas huius sacramenti non sumitur a sacramentali summatione, tanquam a termino dante numericam unitatem, sed tanquam a conditione, sine qua substantialis terminus ipsius, qui est spiritualis reflectio, non daret numericam unitatem; Negat etiam alteram sequelam, ad cuius probationem distinguit duplicem summationem, exercitiam, & actu positam, vel per assignationem tantum connotatam, & actu, ante summationem per assignationem tantum connotatam esse utriusque sacramentum indifferens, ut sit unum, vel plura non tantum per summationem per assignationem connotatam; unde concludit, ad unitatem huius sacramenti non requiri unitatem summationis actu positae, sed per assignationem tantum connotatam; sicut idem cibi ante assignationem ad unam, vel plures comestiones, sunt indifferens ad unum, vel plura convivia ante actualem comestionem.

62 Ceterum haec responsio non satis sibi cohaeret; primum enim dicit, unitatem numericam huius sacramenti a spirituali reflectione sumi debere, tanquam a termino ipsius substantiali, mediante summatione, tanquam a conditione sine qua non; Deinde dicit sumi debere non quidem a summatione exercitiae, & actu positae, sed ab eadem summatione per assignationem tantum connotatam, quae duo sunt inter se valde diversa; a nullo tamen istorum recte desumi potest, non quidem ab unitate numerica unius spiritualis reflectionis, quia talis reflectio est effectus, & quidem secundarius huius sacramenti, non primarius est praesentia Christi; unitas vero huius non bene ab unitate effectus desumitur, quia unitas prioris non dependet ab unitate posteriori; neque enim recte desumitur ab unitate numerica summationis sacramenti per assignationem tantum connotatam, nam talis assignatio, licet a respondente non explicetur, tamen ferti nequit, nisi per intentionem Ministri, quae destinatur hostie pluribus distribuendae, vel uni, ut propterea plures hostiae ab uno sumenda non consentant sacramentum; si vero danda sint pluribus, plura quoque sacramenta dicuntur, ut explicant alii Auctores eiusdem opinionis, sed intentio Ministri non est extrinseca, ideo ipsi sacramentum, partem enim, vel nihil concedit ad talem sacramenti unitatem, quod Minister pluribus, vel uni tantum intendat ministrare sacramentum; alioquin si unus Minister tres hostias intendat uni dare, alter vero tribus; illae tres hostiae ex diversa intentione, & assignatione ministrantur, nam, & tria simul esse Sacram. ergo ante summationem, per assignationem tantum connotatam, adhuc sacramentum est unum, vel plura, non autem indifferens ad utrumque, & non variatur eius unitas, vel distinctio numerica ad variationem intentionis, vel assignationis Ministri.



